

bam fœmellis comparare volunt, si scilicet fricentur eadem partes.

B O S.

Cujus fœmina communi nomine vocatur VACCA. Bos uti multa subministrat culinaria ita non mediocria exhibet officinalia. Et quidem ut sequamur ordinem AUCTORIS. I. se offerunt CORNUA: Hæc quæ attinet, comendantur ad *impotentiam*, imprimis si in coitu bovis cum vacca abradatur aliquid, deturq; impotenti: Secretum hæc rasura quorundam dicitur; & fuit probatum *secretum cum Julam Carnificis*, qui multos impotentes eadem potentia restituit: Sicuti notum est, quod cerebrum passeris in coitu transfossi fuerit singulare secretum *Comitis à Pappenheim*, militis tam in ♂ quam ♀ bello strenui pro stimula & augenda ♀e. Cornua bovis itidem usurpantur ad *suffimigia* in tempore *infectionis*: sunt etiam qui putant, omnia omnium animalium cornua habere vim alexipharmacam; id quod utut verum sit de C. C. non tamen de omnibus affirmare possum. FEL bubulum præ reliquorum animalium felle est acrius, volatilius, penetrantius, propterea in *affectionibus oculorum* Esb. vel ∇ . *Quæfellis* ad delendos unguis, maculas, nebulas &c. prodest multum, & in iisdem bubulum communiter præscribitur ∇ . imprimis ex isto *Quæta*. *Tinctura fellis Tauri* est singulare *cosmeticum*, propter alcali vol. in illa ex felle contrarium acido. *Fel tauri inspissatum* magni est usus in Clysteribus pro *stimulanda alvo*: si scil. ad ʒj. Clysteribus permisceatur, potenter stimulat alvum obstructam & duram: sicuti etiam *Emplastrum* vel unguentum ex aloë, felle vaccino, Myrrha & ol. Colocynthid. applicatum umbilico, valde convenit ad pellendos *lumbricos* infantum & adultorum, simul quoque laxat. *Uterius* sicuti fella omnia in genere, ita etiam bubulum non minoris usus est in *affectionibus aurium*, in discutiendo *tinnitum*, in *surditate* & *hebetudine auditus*, ubi fel bovis vel ∇ . *Quæta* artificiosè cum bombace indita auribus valde commendatur: ∇ . tamen ad affectus aurium *magis* est in usu quam fel ipsura. Sequitur jecur & splen: SPLEN bovis, uti notum est, valde convenit in *affectionibus lienis* contra ejus duritiem, inflationem, dolorem & tumorem: Unde solet ingredi *Essentias splenicis compositas*, qualem fecit D. MICHAEL. Idem splen bovis commendatur valde in *obstructione mensium* & inde orta *cachexia* virginum, in qua mira facit. In talibus casibus paratur *Essentia* vel *Extractum*, & *Essentia cum spiritu Melissæ* præparata egregia est in *obstructionibus mensium*: descriptiones aliquot habet AUCTOR. *Essentia* cum melissæ spiritu inter omnes est egregia, & potest comodè *misceri* cum *Essentia* ∇ *liquida*, ut magis reddatur appropriata in talibus casibus, præprimis ad quoscunque partium internarum imprimis mesenterii *infarctus* & *obstructiones* referendas. *Essentias splenis bovis* etiam proinde usurpantur ad pellendos *menses*, & dicitur vulgò *Essentia ad menses*. *Præparandi modi* sunt varii, & videri possunt apud HARTM AN. in *Prax. Chymiarr.* ubi de mensibus obstructis. Apud QVERCETANVM,

PETRAEVM & alios; Fuit secretum PARACELSI in morbis virginum & Epatis. Vulgo usurpatur *decoctum splenis bovis*, sed hoc non est durabile, & facile corrumpitur, propterea *Essentia* solet præscribi & præferri. Sunt qui dicunt, *Essentia splenis bovis* non minorem esse *Epatis Iuvenci*, & commodè posse præscribi & substitui *Essentia splenis bovis*. *Lien* bovis si destillatur cum spiritu vini, commendari solet, quod profit *ad quasvis stomachi debilitates*. SANGUIS est rari usus; nihilominus si quis ex gravibus vulneribus sentiat debilitatem membri, debet partem debilitatam immittere in sanguinem bovis vel canis calidum, & mirè *confortabuntur membra* ante ad motum inepta. MEDULLA vitulina in *affectionibus nervorum* usus est frequentis, uti videri potest in AUCTORE. STERCUS vaccinum in frequenti est usu; Externè (I.) quidem in *ambustionibus*, quibus instar cataplasmatum applicatum valdoperè convenit, cum non tantum combustioni succurrat; sed præterea quoque inflammationem sedet, ne adeò facile possit supervenire gangræna. Abdomini applicatum stercus bubulum, singulare est remedium in curanda *colica* & *disipandis flatibus*. Applicatur etiam abdomini in hydrope *Ascite*, pro imminuendo tumore & discutienda ∇ , post stercus enim humanum stercus bubulum in tali casu est optimum. POPPIVS in *rr. de hydrope* dicit, si stercus bubulum destilletur cum rore majali, quod ex eo prodeat I. ∇ , quæ applicata tumoribus aquosis & hydropicis, eos dicitur certò discutere, unde etiam usitatum est. In tumoribus partium *adematosis* applicatum stercus vaccinum valdoperè conducit. In *inflammationibus* partium nimis & imminente gangræna applicatum stercus bubulum externè valdoperè inflammationes imminuit & gangrænam arcet. Ex hoc ipso stercore eodem modo atque ex stercore humano per digestionem & sublimationem repetitam potest præparari ZIBETHUM occidentale, sic dictum à PARACELSO, quoniam suavem spirat odorem instar Zibethi. Destillatur ∇ . ex hoc stercore, quæ vocatur ∇ . *omnium florum*, quia bos innumeris floribus vescitur: Hæc ∇ . *omnium florum* est singulare *cosmeticum* applicatum externè pro delendis nævis & maculis in facie. Uterius internè valde convenit ad pellendum *calculum* & *ciendam urinam*, propter \ominus . vol. \oplus . sum, qui ad ascendit per alembicum, unde ad nephritidem & ciendam urinam valde commendatur à POTERIO. Refert etiam AUCTOR, quod plebeji in Colico dolore succum ex stercore expressum propinent, qui ad verum est, & non solum in Colica, sed etiam in pleuritide præsentaneum est remedium, & curat per sudorem certo experimento. Reperitur in *ventriculo* bovis non rarò LAPILLUS, & quidem interdum non exiguæ quantitatis, item reperitur talis *Lapillus in felle* bovis, pulvis istius imprimis, qui est ex felle, valde prodest contra *Ictericum*, cui specificè medetur, & præmissis universalibus propinatus feliciter *Ictericos* curat. In *calculo* pellendo idem est egregius. *Venena* pellere dicitur eademque per sudorem propinatus discutere. *Epileptico insultus* intrinsecus assumtus arcere dicitur: Dicit AUCTOR, quod pulvis hujus lapidis